6)

putantes se victoriam contra Saxones obtinuisse. Unde Saxo cum gerdello terre empte properavit festinus ad naves et ad socios suos, quorum aliqui occurrebant sibi mirantes, quid egisset aut ageret, quorum eciam aliqui illudentes ei dixerunt eum insane mentis esse. At ille impetrato silencio dixit eis: O nobiles Saxones, consentite michi, et videbitis, que bona adhuc evenient nobis de stulticia mea et valde proficua. Qui longo tempore rennuerunt consentire sibi, eciam aliqui dissimulantes, et post multa consenserunt ei. Qui accipiens de terra illa semi navit valde parce in locis, ubi ipsis videbatur conveniens esse edificare castra et municiones, quod et fecerunt. Videntes autem Thuringi castra et municiones Saxonum, quas construxerant, terruerunt valde mittentes nuncios ad Saxones, dicentes eos fidefractores esse. Quibus Saxones dixerunt fidem bene servasse usque ad illud tempus. Et cum vellent cum gladio defendere terram, quam emissent ab eis pro auro suo. Quod audientes Thuringi ceperunt anathematizare aurum Saxonum et eciam, quem dixerunt felicem esse, illum Thuringum proditorem terre reputaverunt ipsum et cum magna ira et perturbacione et invidia et sine consilio circumvallantes castrum unum, quod Saxones construxerant, illud expugnare volentes, quibus Saxones viriliter resisterunt et ex eis multos interficientes, servantes circumiacentes terras clippeis suis et tandem post multas altercaciones et rixas inter ambas partes, Thuringi videntes non resistere eis, laboraverunt pro pace et eciam terram, quam acquisierant, volentes deserere dederunt fugam per aquam, que[a] dicitur proprie Ovekore[b] vel Okore prope Brunswig. Unde temporibus Clodovii[c] quarti regis Francorum et post mortem eiusdem filii sui, scilicet Theodericus cum fratribus suis, dividentes regnum patris eorum. Unde Theodericus sorte accepit Austrasiam,[d] in qua terra Moguncia civitas habet principatum, idest civitas

à
lin. At.
+ f. CCXLII d.
/s!

volenter c. ~~volentes? v. n.~~
a) quod c. (qp)
b) Onekor.? n = v.
oneke' ut okere
c) Clodonii.? n = v.
d) ~~austria~~ = austsiam
+ f. CCXLIII a

De divisione regni Francie cum fratribus Karolus rex f. 243 a